

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0054

LOG Titel: XLVII. Fructus prunorum

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

rius fusco, superius ex obscuro colore, maculis, lineisque nigris exornatus erat, hæc ubi eruca Septembre mutatur, aurelia hocce modo firmata in vernum usque tempus permanet, tunc inde prius papilio exoritur, aurelia fasciis involutum infantulum apprimè refert, sunt hujus generis aureliæ, quæ deauratæ videntur, sunt & aliæ ex quibus acari producuntur, qui in doliola, hæc autem quævis in muscas aureolas immutantur. In excrementis etiam harum erucarum acaros inveni, qui quoque in doliola variabantur, è quibus post quatuordecim dies eductæ muscæ in conspectum venerunt.

XLV. *Flos Brassicæ viridis.*

HOcce genus erucarum flavescens punctis viridibus nigrisque intertextum brassicâ pabulo vescitur, quam tam planè ac exactè sæpè sæpius absument, ut non nisi foliorum caules superstites remaneant; tempèstivè in anno mutatæ quatuordecim dierum spatio papiliones (vulgo Witjes) dicti evadunt, in aurelias autem tardiùs immutatæ per totum hyemale tempus eadem permanent, ac mense Majo prius transfigurantur, hæc erucas enutrivit, earumque aliquas velut exanimes sese prosternentes animadverti, extunc earum è corpore copiosè prorepebant acari, in doliola transeuntes, his doliolis in unum contextis eruca periit, doliolorum autem quodlibet duodecim diebus elapsis muscam produxit.

XLVI. *Facea moschata purpurea.*

Super hocce flore fuscam hujusmodi, pilosamque erucam deprehendi, vescitur & alio florum genere, propriis è pilis texturam conficiens in aureliam nigram immutabatur, talis per hyemis integræ decursum permanens, subsequenti anni Martio mense alba lineis nigris, maculisque exornata phænæna in lucem fuit edita, qualem figura demonstrat.

XLVII. *Fruetus prunorum.*

ARbor hæc eleganti flavæ, hirsutæ erucæ à tergo caudæ puncto rubro notatæ pabulum subministrat, dum ea sese
ex-

expandit, nigræ quatuor instar holoferici, lineæ per corpus obliquè decurrunt, in finem usque Augusti eam enutrivit, tunc, albâ tabulosâque texturâ perfectâ, in aureliam immutabatur, unde jam Septembre, jam sequentis anni Aprili mensibus phalæna cinerea prodiit, pariens ovula pariter cinerea.

XLVIII. *Malva folio hæderacea.*

Hicce flos fuscæ crassioris erucæ pabulum est, metamorphosin subiens folium circumvolvit, aureliamque cæruleam conficit, plures adhuc Novembre papiliones in lucem ediderunt viridi mixto colore tinctos, in Januariam etiam sequentis anni folio suo immanent, ubi dicti prodire papiliones.

XLIX. *Cariophyllus purpureus.*

Hujusmodi erucæ interdum sub terrâ reperiuntur, noctuque prodeunt, omni herbarum genere, præprimis tamen Cariophyllo purpureo vescuntur, inferius flavo lucido, superius fusco colore constant, sub Augusti finem in aurelias immutantur, effluxis quatuordecim diebus, quales super flore depictæ sunt, phalænæ prodeunt.

È quibusdam harum erucarum immobiliter jacentium, acari in doliola transmutati prorepebant, emenso quatuordecim dierum spatio muscæ ingentes cæruleæ exinde prodibant.

L. *Quercus cum fructu.*

HÆ erucæ viridibus flavisque lineis virgatæ, exuta pelle, fuscæ evadebant, majores factæ depositis iterum exuviis ferrugineæ factæ ex obscuro rubescebant, in Septembre usque hisce foliis eas enutrivit, tunc in aurelias fuscas invariabantur, Decembre, fuscæ, flavis albisque maculis aspersæ phalænulæ in lucem eruperunt.

Unum ex his foliis nodum rotundum (gallarum genus) exhibet, hacce gallâ in quorundam medicinæ doctorum præsentia sivalbaci Anni 1714 mense Julio aperta, in ejus medio prorsus, cavitatem conspeximus, cui granulum aliquod exile